



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 9. Libellus ab Episcopis Hispanis porrectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI.
A.C. 1547.

§. IX.

*Libellus ab Episcopis Hispanis
porreclus.*

Ea Congregatione vix non soluta viginti Hispani Præsules, alique eis adhærentes, ductore Cardinale Paceco, hæc statuerunt: *Si ea ratio, quæ in Congregationibus hætenus habitis obtinuit, porro valeat, nunquam quidquam, quod magnopere Ecclesiæ intersit, poterit determinari, nam si quid bene ac utiliter a quoquam dicitur, id ab iis, qui actionum Synodi moderandarum partes sibi vendicant, dissimulatur, aut certe spissa contentionum nube obscuratur. Est itaque necessarium, rationem eam immutare, & postulata omnia scriptis mandare, ut aliquid tandem concludatur.*

Itaque censuram hanc suam porrigunt undecim hisce articulis comprehensam. *I. Inter qualitates Episcoporum & Parochorum conditiones eæ omnes sunt ponendæ, quæ ultimo Concilio Lateranensi sancitæ; propterea quod in ratione, quæ hucusque obtinuit, nimis lata via dispensationibus sternatur, eas nostris temporibus expedit omnino tolli, & strictissimam reformationem institui, propter hæreses, quibus dant causam, & scandala, quibus infirmos offendunt.*

II.

II. Cardinalibus palam significandum, *Sæcul. XVI.*
 quod teneantur ad residendum in *Episcopa-* A C. 1547.
 tibus suis quotannis sex ad minimum menses,
 sicuti aliis Episcopis supra est injunctum.

III. Ante omnia declarandum, Præsu-
 tum Residentiam esse de jure divino.

IV. Declarandum item, quod plurali-
 tas Cathedralium Ecclesiarum sit maximus
 abusus, monendique singuli ac nominatim
 Cardinales, ut una sola sint contenti, at-
 que alias intra breve tempus relinquunt, cer-
 te ante exitum Concilii.

V. Tollenda quoque minorum Ecclesia-
 rum pluralitas, ea non in posterum modo,
 sed in præteritum etiam prohibita, revoca-
 tisque omnibus dispensationibus antea con-
 cessis, Cardinalibus aliisque minime exceptis,
 nisi justas ac legitimas afferant causas, quas
 coram Ordinario curent approbandas.

VI. Uniones beneficiorum ad vitam eti-
 am jam factæ, omnes revocandæ, quippe
 pluralitatem introducentes.

VII. Singuli, qui beneficium habent
 cum cura, aut alia beneficia residentiam re-
 quirentia, nisi resideant, pœnam privati-
 onis incurrunt, neque ulla dispensatione ju-
 vantur, nisi in casibus a lege permissis.

VIII. Quivis habens beneficium cum
 cura ab Episcopo examinandus, Et si illi-
 teratus, improbus, aut ob aliam causam
 parum idoneus reperiat, beneficio privan-
 dus, idque in alium conferendum, qui rigido
 examine

Sæc. XVI. *examine se eo dignum præstat, non autem*
A.C. 1547 *ad Ordinarii voluntatem.*

IX. Beneficia curata deinceps non conferenda, nisi examine, & inquisitione præeunte.

X. Nemo ad Ecclesiam Cathedralē promovendus, nisi inspectione prius in ipso loco facta, saltem circa natales, vitam, & mores.

XI. Nullus Episcopus in aliena diœcesi potest ordinare sine venia Ordinarii, neque alios, quam qui ex eadem sunt Diœcesi.

§. X.

Hoc scriptum ad Pontificem per Legatos delatum.

Hi articuli Legatis exhibebantur, qui exinde graviter commovebantur, non modo ex eo, quod hæc capita ad Pontificis auctoritatem restringendam, necnon ad jurisdictionem Episcoporum ampliandam spectare crederent, sed potissimum ideo magis exacerbabantur, quod novi exempli res esset, postulata sua scripto exhibere, & tam multos pro exigenda quadam re in unum congregare. Nihilominus quid consilii essent capturi, dissimulabant, rei que propositæ gravitatem caussati opportunum deliberandi spatium quærebant, interim vero alia reformationis capita a Patri-
bus